



**R.D. Jacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

5. In F. S. Luciaë V. & M. bipartita. Mulierem fortem quis inveniet? Prov. 31.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Virgo purissima, per benedictam Conceptionem tuam, per primam animæ tuæ benedictam sanctificationem, per primordia vitæ felicissimæ in matris tuæ benedictæ Annæ utero, ut nobis impetrare digneris veram gratiæ vitam, verâ animæ sanctificationem, veram conscientie lætitiâ. Fac ut semper sancta desideria concipientes, & per Te ea ad effectum deducentes, tandem pertingamus ad æternam illam & beatissimam Civitatem, ubi nullus amplius timor, nullus dolor, nullæ iniustitiæ, nullus hostis, nulla tenebræ; sed lætitiâ perfecta, exultatio purissima, lux indeficiens, pax consummata, visio & fructus tecum & cum Filio tuo gloriosissima per infinita sæculorum sæcula.

evocanda. Quapropter Beda, hic putat insinuari Ecclesiam Christi, etiam de ultimis finibus congregandam. Sicut enim Matthæi 12. dicitur Regina Saba, Regina Austru, à finibus terræ venisse, ut auderet sapientiam Salomonis; sic & Ecclesia non solum ab Aultro, sed & à quatuor ventis congreganda est, non tantum ut audiat sapientiam illius qui plusquam Salomon est, sed etiam ut illi sedere conjugali desponetur.

Dicamus secundò, per mulierem fortem etiam intelligi MARIAM Virginem, Virginem omnium ac mulierum Principem ac Reginam fortissimam; quæ fortitudine suâ caput serpentis illius contrivit, cui dictum erat: *inimicitias ponas inter te & mulierem, inter seminem tuum & semen illius; ipsa conteret caput tuum.* Hæc certe mulier non solum fortis est & heroica, sed & omne superat pretium in re lapides pretiosos, quia omnes non solum homines, sed & Angelos longè pretio excellit. Audi Sancti Berni. *Quam altam Salomon requirebat, cum dicit: Mulierem fortem quis inveniet? Non veras per Sapientis huius sexu infirmitatem fragile corpus, lubricam mentem; quia tamen Deum legerat promississe, ut qui vicerat per feminam, vinceretur per ipsam admirans: dicebat: Mulierem fortem quis inveniet? quod est dicitur. Si ita de manu famina pendet omnium salus, & innocentia resistit, & de hoste victoria, necesse est omnino ut fortis providetur ad tantum opus idonea. Sed quis eam inveniet? At ne hoc quis fruisse putes desperando, subdisprobando; Proci & de ultimis finibus pretium ejus. Hoc est; non vult non parvum, non modicum, non denique de terra, sed de celo proxima terræ pretium huius fortis mulieris, sed à summo celo egresso ejus est.*

2. Mulier fortis est B. Maria.

Ser. 2. s. ad di. ebat: Mulierem fortem quis inveniet? No veras per Miss.

De quibus finibus pretium huius fortis B. V. M.

3. Mulier fortis, est omnia virtutum multiplicata.

Lect. 5. bipartit.

PRO. FESTO S. LUCIÆ.

Mulierem fortem quis inveniet. Prov. 31.

PARS I. Quænam dicatur mulier fortis apud sapientem. 1. Mulier fortis est Ecclesia.

Quænam sit mulier illa fortis, de qua Salomon dicitur, varie disputant Interpretes, & SS. Patres. Ex quibus pauca hic delibanda sunt.

1. Mulier fortis est Ecclesia.

Primo ergo dicamus, in sensu allegorico esse Ecclesiam, quæ Christi, veri Salomonis Uxor est, & Mater omnium Fidelium. Audi S. Augustinum: *Mulierem fortem quis inveniet? Quod dixit, quis inveniet, difficultatem invenienti, non impossibilitatem vult intelligi. Mulier ista fortis Ecclesia est: Quomodo nō est fortis, quæ ab initio mundi tanta tribulationibus fatigatur, & tamen non vincitur. Mulierem fortem quis inveniet? Quis alius nisi Christus? Non autem eam fortem invenit, sed inveniendo, firmam fecit.* Hæc S. Augustinus. Cui conformiter loquitur S. Epiphanius in Ancorato suo, sic alloquens Christianos: *O vos Orthodoxi, & Ecclesia Filii, veritate filii, sapientis & fortissima mulieris illius filii, cuius gloria est apud Salomonem dicentem: Mulierem fortem quis inveniet? velut ara sit, immo potius una. Fortem mulierem intelligite Ecclesiam Dei, vestram Matrem, quia nihil fortius est, ut quæ moritur per singulas excitationes persecutiones pronominat viri sui. Certe nihil ipsa fortis est, ejus pignora in Passione defecissent, inquit S. Ambrosius.*

Serm. 217. de Temp.

Dicitur autem: *De ultimis finibus pretium ejus.* Hoc est, Pretium eius tantum est, ut cum pretiosis gemmis & margaritis, quæ ex ultimis mundi partibus adducuntur, comparari possit, immo pretium earum superet: ita ut nihil ita pretiosum in finibus terræ reperiri valeat, quod non ipsa excedat pretio suo, & æstimatione, ac valore. Hinc Hebræi legunt: *Longinquum ab unioibus pretium ejus* sive longe superat pretium Unioinum & Gemmarum. Conformiter legunt LXX. *Pretiosior lapidibus pretiosis est, quæ talis est.* Quam lectionem sequitur S. Aug. ser. 218. de temp.

Quo de ultimis finibus pretium Ecclesiæ.

Alii sic exponunt, ut velut dicere Sapientis, hanc mulierem fortem, deo esse raram & pretiosam, ut in ultimis finibus terræ inquirenda sit, & inde

Tertio dicamus, per mulierem fortem aptè intelligi omnem mulierem heroicam, strenuam, industriam, prudentem, piam, omnique perfectione virtutum cumularam. Solent enim mulieres esse pusillanimes & timide, nec adnatam sibi habere magnanimitatem; unde mulier, secundum Grammaticos dicta est, quasi *Mollis ac.* Quapropter illa quæ muliebrem superat infirmitatem ( hoc est, mollem; & imbecillam naturam) conditione suâ superior existens, mulier fortis appellatur, mulierque virtutis. Hæc in operando solet esse strenua, in patiendò magnanima, in regendò discreta, in negociando industriâ, in providendò sollicita, in omnibus agendis prudens & sedula. Atque sicut circa familiares est laboriosa, ita erga Deum & virtutis studium constantè est pia: quod utrumque non parum est difficile copulare, quia pietas requirit quietem & otium, sedulitas sollicitudinem & negotium.

Ergo cum pauca tales reperiantur mulieres, Multo merito dicit Sapientis: *Mulierem fortem quis inveniet? Proci & de ultimis finibus pretium ejus.* Quasi tunc dicat: Si talem in uxorem comparare possis, qui pauca ad conjugium adspiras, nullis parcas expensis, quia omne pretium superat, & licet sine omni dote foret, non

non aliam dotem requiras, quam animi ejus virtutem & indutrium, omnes opes excedentem.

**4. Mulier fortis** qua liber virgo aut mulier martyr. **M. heru fortium exempla** Per. Test. Iudith. 15. **Elisier**

**Abigail** Fortis quoque & sapiens fuit mulier Thecutis, citans revocari Abilalomem. Sed & inter omnes emittit Salome, Mater septem Machabæorum, de qua sic legimus: *Supra modum autem Mater mirabilis. Et honorum memoria digna, qua perennes septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat, propter spem quam in Deum habebat: singulos eorum hortabatur voce patris fortiter, repleta sapientia, et faminea cogitationi masculinum animum inferens. Ergo & olim fuit reperire quandoque mulierem fortem & generosam; sed raro & magna cum difficultate, ob temporis adhuc illius impetfectionem.*

**Mulieru fortium in Nov. Test. mulier.** **2. Cor. 11.**

Acti nova lege Spiritus veniens ex alto multas fortitudinis admirabili mulieres & virgines induit, que tormenta & mortem iriderent, & accinctis lumbis, contra hostes caluitatis & vitæ fortiter dimicarent. De quibus ait Apostolus: *Injuria mundum elegit Deus, ut confunderet fortis; quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Noluit ut fides usque ad mortem & sanguinem profertenda illa deceret conditio, vel sexus, sed ab infirmiori etiam sexu & ætate voluit testimonium reperire; & quidem maximam fortitudinem.*

Inter has recenset Sancti. Luciam Virginem constantissimam, virginem castissimam, mulieremque fortissimam, coram Deo & hominibus preciosam, sive in vita, sive in morte: cælo & pretium ejus. Visejus singillatim fortitudinem agnosceat? Audi paucis.

**Pars II. Quomodo S. Lucia mulier fortis fuerit.**

**S. Lucia** contra Mundum, qui inter primos hostes hominis numeratur, quia honoribus & opibus suis, quali armis, multos vincit, & ad tartara eos devolvit. Calcavit ergo sæculum Lucia, ut se altius erigeret, & inuenerit cælum. Calcavit ejus honores & superbiam, ut Christianam amplecteretur humilitatem. Licet nobilis esset genere, prætulit omninobilitati. Terrentem humilem Christi

Am, Calcavit & sæculi opes omnes, eligens paupertatem. Quapropter inflanter agit apud matrem, ut dotem matrimonio sibi destinatam, ac patrimonium in quod successura erat, pateretur in pauperes quanto citius distribui. Cum vero responderet mater, vitæ suæ finem spectandum, se jam caducam & ætate confectam ad terminum propere, tuncque sibi libertatem fore disponendi de patrimonio & hereditate exasse; subiunxit Lucia hoc sapiens monitum: *Non est admodum gratum Deo mundum, o mater, quando ides illud offerunt, quia illius usum supra intercedit dies. Da dum sana es, ne si mortens dederis, in vitâ dedisse arguaris rem quâ velis nola relinquere cogeri, quam tecum ferre non potes, et quâ ipsa frui nequis.* Præclarum sane responsum, quod & ejus declarat sapientiam & pietatem. Noverat illud Poeta:

*Da tua, dum tua sunt, post mortem tunc tua non sunt.*

Noverat & illud vulgare Proverbium. *Fax una quæ S. Lucia profertur, plus lucis affert quam si lures sub equan- facultatibus. Rediens igitur Catano a sepulchro B. Agathæ, tibus ubi ejus corpus venerata fuerat, & ubi matris sancti tatem impetrarat; cum Syraculis pergit, omne pecuniam pecuniam quam ex facultatibus venditis redegetat, pauperibus distribuit. O fortem mulieris animi!*

Jam audireat Spiritus S. in inspirationem, & vocem sibi dicentem: *si vis perfectus esse, vende et vendidisti omnia quæ habes, et da pauperibus. Veni, et sequere me.* Neque hoc fundâ audivit aure; aut audiens, sequitur & molliter hæc in re gelit, sicut Evangelicus adolefens, qui tristis abiit, cor suum trahens in terram, dum id ipsum audivit a Domino. Sed quia ferebat Lucia hilarem dator em diligî a Domino: *de se non vult in corde suo, nec ex tristitia aut necef. 2. Cor. 9. sitate, sed ex intima & lata voluntate, cuncta impertin. infimis & infirmis membris Christi, hoc est egenis & inopibus.*

Portior ipsa fuit & promptior multis, qui non satis intelligunt illud Evangelij: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Quia igitur perfectam Christi sequulam profertenti aiebat, etiam usque ad sanguinem, prius abiecit onus, omnemque sarcinam, que impedimento poterat esse ad curendum & sequendum promptissime; terrena scilicet, emnia se abiecit propter Christum, ut deinde ei liberum non solum sua, sed & se donaret per martyrium, vitam profundens & sanguinem. Ad certamen sese accingebat cum hoste robustissimo, opus ei erat potente scuto ad protectionem, potente lancea ad dexteram obarmadam, & victoriam reportandam. Nô ignorabat autem illud Sapientis: *Quisquis eiser o. Eccl. 26: sicut in corde pauperis et vac pro te exorabit ab omni malo. Super seculum potens et super ianica a verjus inimicum tuum pugnabit. Elegit ergo prius hoc scutum potens clemo synæ, ac deinde nobili ac fortissimo animo ad certamen properavit: omnibus sefe*

*tramus dum.*

*pauperes distribuit*

*Matt. 19.*

*Luce. 14.*

*Eccl. 26:*

*exult*



exiit terrenis, ut celestia caperecet arma. An non igitur manifestè in ea cernis adimpletum, quod de muliere forti dixit Sapiens. *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Quid ultra? & cinxit fortis iugo lumbos suos, & roboravit brachium suum. Manum suam misit ad fortia.* Hoc ex mox dicendis intelliges satis.

*p. S. Lucia fortis fuit contra carnem & eius insidias.*

Secundò fortis fuit contra carnem & omnes carnis lenocinantis insidias & illecebras. Desponsata erat à parentibus nobili inveni, sed contra suam voluntatem quia iam ejus cordi virginitatis amor infederat. Repudiavit ergo terrenum sponsum, terrenasque nuptias, quæ celestes adamabat. Unde & matrem, cui impetrarat sanitatem à fluxu sanguinis apud sepulchrum S. Agathæ, sic alloquebatur: *mater mea per ipsam rogo qua te sanavit sua intercessione, ne mihi ulterius de ipso facias mentionem; & ne tu velis de corpori mei posteritate fructum mortalitatis requirere, sed omnia qua data sunt tuis mihi omne ad corruptionis meæ auctorem hominem morturum, ad mihi eunte ad integritati meæ auctorem D. Jesum Christum.* Hæc nimirum erat resolutio fortis hujus mulieris, lumbos suos invicta fucingere castitate, & pro illa in finem usque decertare. Quapropter audivit ex ore S. Agathæ Virginis, dum ad ejus sepulchrum oraret: *Soror mea Lucia, beata es, quæ odisti quæ in mundo sunt, & incedendum Christo in tua virginitate habitaculum præparasti.* Propterea & Angelorum promeruit conspectum S. Agatham circumstantium, quia Angelis grata est & cognata Virginitas, quæ & Angelorum Domino copulatur.

Si autem particularius vis agnoscere quàm fortiter pro castitate pugnaverit, attende quod apud Tyrannum acculata fuerit ab illo cui erat desponsata, qui ubi vidit Luciam omnia sua, etiam gemmas & monilia, ditrahere in pauperes, spemque suam de conjugio illud, protinus amorem vertit in furorem; & omnem movit lapidem, ut tamquam Christiana pelleretur per Paschalius Prefectum. Adducta est ipsa coram Paschasio, qui multis eam mollitis super oleum sermonibus ad Dii sacrificandum pellicere conatus est. At ipsa nihil ejus verbis & promissis commota, fortiter respondit: *Sacrificium viri & immaculatum apud Deum & Patrem hoc est, visitare viduas & orphanos in tribulatione eorum. Ego per istos tres annos nihil aliud agens, sacrificavi Deo vero. Iam quia nihil superest quod sacrificem, me ipsam offero in sacrificium Deo hospitium viventem. Quod tibi placeat de hostia sua faciat. Quid ad hæc Paschalius? Etc sum, inquit, supersticiose Christianorum nuga & stulticia, quis si Christianum aliquem à vili plebecula alloquereris, posses ei insurrexere: mihi autem, qui Principum decreta custodis, ista frustra prosequeris. Cui ipsa forti & voce & animo: *Tu Principum leges attendis, ego Dei. Tu Principum imperii times, ego solum Deum. Tu illos offendere non vis ergo Dei meum offendere, curvo. Tu illi placere desideras: ego per Christum solè**

*placeam, concupisco. Tu verò fac quod tibi utile videtur. & ego hoc ago quod mihi utile esse cognosco. Quid maguaamius, quid fortius? Non ultra quarat Salomon & dicat: Mulierem fortem quis inveniet? Ecce, Lucia, fortis utique mulier, in ultimis finibus terræ, & in finem usque sæculi, à fortitudine laude digna. Sed hæc initia fortitudinis & certaminis censenda sunt, magis admiranda succedant, castitatis prælium concernentia.*

Exprobratur namque ipsi à Paschasio Prefecto: *Patrimonium cum corruptoribus tuis extraxisti & dilapidasti, idcirco quasi meretricis loqueris.* Hæc erat contumelia, à nobili & ingenua virgine haud ferenda, quæ, ut jam diximus fortitudine accinxerat lumbos suos, & brachium suum roboraverat. Quapropter illi conveniente illud Augustini, mulieris fortis robur & lumborum cingulum interpretantis: *Succincta fortiter lumbos, firmavit brachia sua, verè fortis. Vide, si non est ancilla, quàm devotè servit, quàm paritè, nescitantes finis cordis nescit concupiscentiarum impediam operanti. Succincta lumbos, ut nihil superfluum calcet, dum in opere persistat. Ibi enim castitas hujus mulieris zona præcepit constructa, succincta fortiter lumbos suos, firmavit brachia non desectura.*

Cum itaque Lucia castitatis intemerate sibi concilia foret, secure respondit exprobranti Tyranno, tum patrimonii dilapidationem, tum hac in re suspectam corruptionem: *Patrimonium meum tuo loco collocavi, corruptores autè metui, aut corporis, numquam suscepi. Tales estis vos, quorum colloquia prava tonos nituntur corrumpere mori; quia suadet animas à Deo meretricari, dimittendè Deum verum, & Creatorem. & animarum sponsum, idola vanis se committendò. Hæc est corruptio mentis. Nec de sunt inter vos corruptores & corporis, delationem temporalem & carnalem præferentes delationibus & gaudiis sempiternis. Hæc castissima, & fide fortissima virgo, constanter est elocuta. Sed quo animo suscipere potuit liberam hanc vocem impurus, impiusque Iudex? Factetur se victum Virginis eloquentiâ; sed ait: *Cessabunt verba cum venient fuerit ad verbera.* Nesciebat autem illud quod ei mox à Virgine eruditè fortiter regestum est: *Servus & ancilla Dei verba desse non possunt, quibus à Christo Domino dictum est: Cum stiteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Quid clarius, quid verius potuit responderi quid etiam fortius? Rursus ergo dico, non amplius interroges Salomon: *Mulierem fortem quis inveniet?* Ecce enim manifesta est fortitudo, & sapientia, magnanimitasque hujus mulieris, & Virginitas, Serpentis virus caputque conterentis, quo per os Tyranni loquebatur. Cum enim ipsa postremo interrogata fuisset an ipsa Spiritus S. foret: & respondisset pie ac caste viventes templum esse Spiritus sancti, nulla est ad lupanar deducti, ut eam desereret*

*Prov. 31*

*Spiritus*

Spiritus ille sanctus, castorum amator: Hic caput suum contritum fatetur serpens per os Tyrannij; hic extremum suum expirat virus.

Interim mulier haec fortis, virgoq; invicta, novos refumit animos, & fide speque munita, impio hoc respondet iudici. *Si invitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coenam. Numquam inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Quia est etiam in manu measthoru ponas, & per manum meam iacias sacrificia, Deus haec attendit: & irridet; quod de voluntate iudicat.*

Nota fraudem Tyrannorum.

His postremis verbis alludit ad fraudem quondam Tyrannorum, qui non valentes adducere Christianos ad suorum Deorum cultum, coram idolis igne accenso cogebant à manu eorum thuris grana decidere, ut viderentur incensum Dijs adolevisse. Sic Julianus Apostata quosdam Christianos milites ad se vocavit, ut de manu sua munus acciperent, utque recedentes thuris grana quaedam honoris gratia in focum conjicerent coram se & suis, qui ceremoniam illam ut idolis factam & Christianissimi abjurantem tacitam interpretabantur. Milites autem ita fraude post factum comperta, adierunt Julianum exclamantes: *Non dona accepimus Imperator, sed morte damnati sumus: non honoris causa vocati, sed ignominia notati sumus. Da hoc beneficium militibus tuis, Christo nos macta atque obruta, cujus unius imperio subiacemur. Ignem igitur repentes pro illo in cinerem nos redige. Manus amputa, quas celerate porreximus pedes, quibus male cucurrimus: alios auro dona, quos accepisse postea nos poenitet. Nobis satis superque est Christus, quem instar omnium habemus. Julianus ira accensus, indignusque eius martyrij gloriam, eos exilio multavit. Rem hanc enarrat Nazianzenus orat. i. in Julianum.*

Quidam alius Martyr, cum iuberetur, thure eius manus imposito, illam in ignem coram idolo accenso immittere, ut saltem propter vim ignis vertendo vel aperiendo manus veniretur thuris in ignem jecisse ad adorandum, foriter & immobiliter sustinuit ignis tormentum cum brachij exustione; nec dimisit unquam thurisibi causa in manu apposita: majori se hic gerens fortitudine & alacritate, quam olim apud Romanos nominatissimus Mutius Scaevola. Quamobrem non suae divituti, sed divinae adscribens beneficentiae, canebat: **TENUIS T I M A N U M D E X T E R A M M E A M.**

Quamcumque ergo fraudem, quamcumque vim adhibuerint Tyranni, ut Christianis eriperent fidem, vel calliditatem, frustraneo id fecere conatu; quia etsi corpori violentiam inferre poterint, non tamen menti. Ideo dicebat S. Lucia. *Voluntatem meam nunquam poteris ad consensum provocare peccatis. Quia quid facies corpori, hoc ad me non pertinet.*

Sed nec in corpus poterunt quod voluerunt. Hoc rursus manifestum est in hac sancta Virgine

Condemnata fuit ad lupanar, & ad lenones, ut illuderetur donec expiraret. Verum tanto carum pondere fixit Spiritus sanctus, ut nulla vi de loco dimoveri posset virgo Christi. Fimbriis in manus & pedes eius injectis, traxerunt homines, traxerunt tandem & boves. Sed frustra sunt omnes exerta hic vires, seu hominum, seu animalium robustissimorum. Maleficio id tribuitur, quod puella fragilis à mille tracta hominibus vel vestigio non moveatur. Respondet ipsa Tyranno: *Non hoc veneficium est, sed Dei summi beneficium est. Si oia decem millia adduxeris, audienti mihi Spiritum sanctum dicentem: Cadent à latere tuo mille & decem millia à dextera tua. Quid praclarus responderi poterat?*

Mirando modo tu-  
tata est  
Deus S.  
Luciam

Jam alibi à nobis dictum est, quomodo variis modis virgines Deus tutatus sit, & à lenonibus, quasi integritatis eorum specialis tutor, sive per Angelum, sive per aliud celeste subsidium. Patet in S. Agnete, S. Theophila, S. Barbara.

Ecce igitur in Lucia adimpletur illud Ps. *Sanctifica viri tabernaculum suum Altissimus: Deus in medio ejus non commovebitur.* Jucundum in sua virginitate habitaculum adornarat Deo suo. Deus ergo in ipsa & cum ipsa habitans, cor & corpus ejus sic roboravit, ut nulla vi humana aut diabolica cor ad peccatum moveri posset, aut corpus ad alicujus flagitij consortium. Verè columna es immobilis, o Lucia, & quidem de illis de quibus Dominus: *Ego confirmavi columnas ejus.* Etiam si transferantur montes in cor maris, & iurbeur ac liquefiat omnis terra, non timebis, quia Deus refugium tuum & virtus: & tu prodigium facta es multis, quia ipse est adjutor fortis. In illum ergo facta cogitatum, non dabit tibi fluctuationem in aeternum, sed praestabit decoro virtutem. Admiramur hanc tuam virtutem & dicimus stupore: *Multis enim, quem quis inveniet. Non est in ultimis finibus terrae similis tui.*

Psal. 45.

Psal. 74.

Tertio dicamus, quod Lucia virgo non solum foris fuerit contra Mandum, aut Carientem, sed foris contra Satanam, qui per saeculi aut carnis illecebras eam superare nitentur, ac deinde per Tyranni minas & acerbissimas penas. Quid igitur ille? Ubi vidit primum suum decretum non succedere, quo iusserat ad infamem locum trahi: ignem circa ipsam copiosum fecit accendi, ut sic suo faceret satis torori. Neque solum rogam ingentem ei circumdedit, sed etiam picem, resinam, oleum fervens tundi super eam iussit, ut tanto citius, tantoque acrius torqueretur. Sed quid haec omnia ignis pabula, tanto aggregata molimine, profuerunt, nisi ut majorem in tyranni corde accenderent furor em & flammam, qua intus mirè discrucibatur? Illa enim in nomine Domini Jesu Christi stetit immobilis, & dixit: *Ego rogavi Dominum meum IESUM, ut ignis iste non diminueretur in me, sed tibi in ultis confidetes in Christo.*

Es

Et ideo petri inducias martyrij mei, ut credentibus  
timorem tollerem passionis, & non credentibus vocem  
auferrem insultationis. O vocem victoriae plenam &  
fortitudinis!

PRO FESTO S. THECLÆ Lect. 6.  
VIRG. & MART.

Collaudabo te Deum Salvatorem meum. Eccli. 51.

Eccli. 51.

S. Lucia  
constans  
in morte.

Poterat ergo ipsa benefonantibus cordis sui  
chordis decantare in gratiarum actionem illud  
canticum Ecclesiastici: *Confitebor tibi Domine Rex,  
& collaudabo te Deum Salvatorem meum. Confitebo  
nomini tuo, quoniam adjutor & protector factus es mi-  
hi, & liberaisti corpus meum à perditione, à pressura  
flammae qua circumdedit me, &c.* Liberata nempe  
fuit à corruptione carnis, liberata à corruptione  
mentis, liberata ab errore infidelitatis, liberata ab  
ardore ignis, liberata à laqueo linguae calumnia-  
tricis, liberata à fovea & abyssu perditionis, li-  
berata à renebris, ut semper lucida foret; & no-  
men suum LUCIA adimpleret. A quo verò li-  
berata fuit, nisi ab illo qui est adjutor & protector? ad-  
jutor ad superandum mala jam parata. Protector ne  
obruant mala futura. Ideo ergo illi gratias toto  
corde concinabat, illi totam suam adscribebat vi-  
ctoriam. Vicit itaque Lucia, sed quibus armis? Re-  
flet per orationem vicit, quia quicquid à Deo petijt  
impetravit. Petijt quondam matris suae sanguini-  
fluae curationem, & impetravit integram sanitatem.  
Petijt in certamine castitatis, corporis sui immo-  
bilitatem, & obtinuit, fecitque eam Dominus ut  
columnam ferream & inconcussam. Petijt contra  
ignem victoriam, & eam reportavit tam contra fo-  
ci succensi flammam exteriori, quam contra Ty-  
ranni furore restantis flammam interiori. Petijt  
martyrij sui & passionis inducias, & impetravit.  
Gladium enim in ejus viscera mergi fecit Tyrannus;  
sed vixit quamdiu voluit, & turbam circumstan-  
tiam allocuta est quamdiu sibi placuit. Petijt sacram  
ante mortem Communionem, & nemo Sacerdotes,  
quin ei ministrarent, impedire potuit, illo provi-  
dente, qui olim Boetium martyrem secundo capite  
voluit sacris mysterijs communicare, ipso ad tem-  
pus caput suum resumente. Denique petijt Ecclē-  
siae tranquillitatem, & impetravit, illamque prædi-  
xit mox futuram Diocletiano & Maximiano mor-  
te ereptis. O igitur fortem mulierem! O efficaciam  
orationis ejus!

Conclu-  
sio.

O Lucia, Virgo fortissima, impetra nobis forti-  
tudinem & victoriam contra Mundum, Car-  
nem, Satanam: ut nunquam succumbamus Mundi  
fallacis, Carnis illecebris, Satanæ insidijs impetra  
& Ecclesiae Sanctae Dei pacem & tranquillitatem,  
quæ jam tot lustris tempestatibus sustinet. In civitas  
ab ipsius met filijs, Regibus & Principibus inter se  
dissentibus, & bella civitibus, magno matris da-  
no. Rogamus te quæ ad pacem sunt Jerusalem. Medi-  
atricem te cupiunt populi; fiat tandem pax in  
virtute orationis tuæ, quæ & olim pro ea rogasti,  
& impetrasti, ac prædixisti futuram, &c.

Collaudabo te Deum Salvatorem meum. Eccli. 51.  
Multa è Christianis Virginibus laudari pos-  
sent ob nobilitatem, pulchritudinem, opu-  
lentiam, gratiam exteriori: sed quoniam omnia ex SS. PP.  
hæc contempserunt, & contemnenda docuerunt,  
de his laudem non appetunt, sed de illis quæ ve-  
re laude digna sunt, hoc est, de veris & solidis bo-  
nis: eamque laudem in Deum plene referri vo-  
lunt. Si laudas quempiam, quia dives est, hoc for-  
tuna debetur. Si, quia fortis, arguitur pulchritudo &  
abituus: Si, quia pulcher, caduca est pulchritudo &  
abituus: Si, quia sapiens, parva est sapientia, non  
propter ea, quæ sunt externa, & non potius propter ea, quæ  
sunt interna? Aurea fræna & phalæx non  
faciunt equum meliorem, nec pictura navem, nec  
de argentatio gladium: sed hæc omnia laudantur,  
si qualitatem habeant, ad quam desinantur ex  
hominum usu. Sic nec opes, nec ornatus, nec ge-  
neris splendor, nec honores, aut alia extrinseca  
hominem reddunt laudabilem: sed mentis præ-  
stantia, & virtus intrinseca, quæ homini propria  
est. Cum ergo laudas quempiam ob virtutem, pro-  
bosque mores, ac mentis sapientiam ipsam lau-  
das, & solidè laudas; siquidem hoc non est ætate  
cælyse pendulum, nec à genitoribus hæreditarium.

S. Thecla ab his omnibus, quæ homines æsti-  
mant, laudari potest, à pulchritudine, nobilitate,  
divitijs: testatur enim Sanctus Epiphanius, hæc  
omnia ei non defuisse, despondatamque fuisse ob  
hæc juvenem nobilissimo, ditissimo, & formosissimo  
mo. Sed quandoquidem & ipsa omnia ista con-  
templat, nec in illis gloriari voluit, laudemus quibus in  
eam ab his donis, de quibus potest in Domino  
gloriari. Certè de ejus laudibus haud nobis est  
tacendum, quandoquidem Sancti Patres concordè  
animo & calamo eam miris extollant laudibus  
inter cæteras Virgines & Martyres, variisque  
ipsam adornant utulis honorificis. Eam vocant  
Primogenitam Filiam S. Pauli, Apostolicam Virgi-  
nem, Prothomartyrem inter Virgines, Pudentiam Co-  
lumnæ. Caput mulierum victoriarum. Cumque  
aliquam à sanctitate tamquam commendare vo-  
lunt, eam imitari Theclæ dicunt esse sanctam. Sic enim  
ob sanctitatis meritum Sanctus Gregorius  
Nyssenus frater S. Basilij, Macrinam sororem suam  
alteram vocat Theclam. Sic & Theclæ Melaniam,  
celebrem pietate, comparat Sanctus Hieronymus.  
Ex his titulis jam positis paucam ejus laudem  
deducamus & delibemus, quam ab Apostolorum  
tempore illi cum novimus in sanctitate.

Dicamus